

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

35. Popvlvs in deserto

urn:nbn:de:bsz:31-105410

sed in itinere moritur, natus annos
centum & viginti tres: lugetur toto
mense a multitudine uniuersa.

35. POPVLVS IN DE- SERTO.

Populus in deserto pregrinatus,
duci suo sæpissime fit contumax,
propter impatientiam: ideo in mul-
tas ærumnas vicio suo incidit. Deum
tamen nunquam non præsentem &
misericordem sentit; qui ut sitim se-
daret, e fontibus amaris dulces fecit:
ut famem reprimeret, coturnicibus
eum satiavit: ut querelæ causam tol-
leret, pane coelesti annis quadragin-
ta aluit, & aquis e saxo percusso de-
manantibus refecit: ut morbo me-
deretur tristi, sævientibus serpenti-
bus, solo aspectu simulacri erecti cu-
ravit. Vestes ambulantium non de-
tritæ, calcei rupti non sunt. Pu-
gnantibus contra se Amalekitis vincit

in hon

f 4

Mosis

Mosis precibus & manibus levatis in altum. Audacia usus contra Chanaanæos fugatur & transitu prohibetur ab Idumæis, & dementatur libidine a Midianitis. Viam sibi aperit per regna Seonis & Oggi, & Midianitas ferro rursus ulciscitur. Ex illa multitudine ingenti, qui ex Ægypto exierant, Calebus tantum & Josua Jordanem transeunt: reliqui in deserto omnes exstinguntur, & promissis beneficiis eorum perfruuntur filii, qui ut ultra Jordanem pervenerunt, non manna amplius, sed agrorum præda ubere atque locuplete sustentantur.

36.

RAHAB.

Rahab Hierichuntina, cauponariam exercens, duos Josuæ exploratores hospitio excipit, eosque Rege inquirente sollicitè abscondit: neve in manus hostiles inciderent, per noctem

nocte
demitti
fruit.
capta, i
nerat,
neum f
per fid
Ecclesia
propin
monis
sti gen
neis, I
Davidi

37.

Gab
Hierich
ne terr
vestitu
tantes
nes du
adelle
neris